



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm  
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa  
tres primos Symboli Catholici Articulos**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphaliae, 1608**

Capvt XIX. Caluini Deum esse corruptorem cæli & terræ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35415**

nem & barbam à subiectis ante positis auferri posse. Pugnas in his posterioribus cum rerum magistra experientia; pugnas in altero cum potentia diuina, quæ grauitatem nullo negotio homini adimere potest, sicut auferet ab eo in celis appetitum cibi, potus, somni, aliarumque rerum humanæ naturæ congruentium. Desinet tunc ad corruptionem tendere corpus hominis, & tamen quatuor constabit elementis pugnantibus, primaq; materia. Perge nunc inflare buccas tuas; crepa adhuc velut laguncula musto plena, egregiam Philosophiam; detrumpa inter luscios Strabo rudes Philosophiæ Iesuitas; nemo est qui ex his non videat, quantus sis Philosophus, quam stolidus sis in physicis æquè ac Theologicis hæreticus.

## CAPVT XIX.

*Caluini Deum esse corruptorem  
cæli & terræ.*

**A**D calcem 7. thesis ut plenus construeretur primus Caluiniani symboli articulus annexum fuit. *Corruptorem cæli & terræ.* Ex quo quartam criminationem Iesuiticam contexit prædicans. Sed eodem quo hactenus successu. Nam quod ad rem ipsam attinet, non aliis cogitari potest, qui descriptus est Deus Caluinianus quā corruptor cæli & terræ. Primo, quia Lucifer cæteriq; coryphæi infernali

I. Ratio.

I lium

lium copiarum corruptores sunt cæli (è quo  
præcipites in Tartara secum Angelos pelle-  
xerunt plurimos) & terræ (quam ab Adæ in  
paradiso lapsu ad hunc usque diem nunquam  
disperdere destiterunt) at Lucifer aut saltem  
alius aliquis genius malus, Caluinistarum est  
Deus, prout iam luce meridiana clarus effe-  
cimus. Eorum igitur Deus est corruptor cæli  
& terræ. 2. Si Caluinistarum Deus éterno suo  
decreto constituit, vt sua defectione periret  
Adam, itemq; Apostaticus angelorum cœtus:  
vtiq; primus ipse terræ & cæli, eorumque qui  
in ipsis agunt, corruptor fuit. Atqui verum  
prius, verum igitur etiam posterius. Nec po-  
test dubitari, quin decretum tale Caluinisti-  
cus Deus condiderit, sic enim 3. Instit. c. 23. §. 7.  
*Decretum quidem horribile* (vt sua defectione pe-  
riret Adam) fateor, inficiari tamen nemo poterit,  
quin præciuerit Deus, quem exitū esset habiturus ho-  
mo ante quam ipsum conderet, & ideo præciuerit (ab  
æterno ante præuisum omne peccatum) quia  
decreto suo (quod pro omnipotētissima voluntate  
decernente nō potest non esse efficacissi-  
mū) sic ordinauerat (vt rueret in peccatū homo)  
sed de his supra & Becanus cap. 3. de prædest.  
Calu. & c. 1. de Deo Caluinist. Hic rursus ob-  
murmurat nonnulla prædicans de impro-  
prijs & duriusculis phrasibus Caluini, quas  
melle edulcari à nobis oportuisset, additque  
Deo permittente lapsum Adamum, at non  
permis-

permisisse nisi volentem, lapsum igitur Deo  
volente, Sed in hoc à Galuino ad Romanen- Vult Deus  
ses imprudens deficit. Illi enim contendunt peccati per  
labi hominem, Deo volente peccati permis- missionem  
sionem, quia in sui arbitrij libertate eum con- vt quę con-  
stituerat; at nō labi Deo volente & decernen- gruat agē-  
te ipsum peccatum permisum, quia id planè peccatum  
Deo contrarium est. Sed ad incudem cantile- permisum  
nasq; suprà auditas reuertimur, ita Prædicant non vult.  
te postulante, cui nihil gratius, quam eandem  
ad chordam occasiuncula data minima aber-  
rare, & voluntatem Dei Caluinistici pro suo  
arbitrio & voluntate interpretari, obscurare,  
torquere.

## THEISIS OCTAVA.

**E**X dictis nullo iam negotio hæc deducuntur, r. Ar-  
ticulum Caluiniani symboli primum reuera hunc  
esse: CREDO IN DIABOLVM, CARNIFI-  
CEM, ORCIPOTENTEM, CORRupto-  
REM COELI ET TERRÆ. 2. Proinde longè  
alium esse Deum Christianorū quam Caluinianorum:  
quandoquidem nō sicut Caluiniani, ita Christiani Dei  
potentia; sed patientia; non impulsu & operatione;  
sed indulgentia & permissione peccata fiunt, vt ele-  
ganter B. Augustinus. in Ioan. tract. 53. 3. Probabilius  
tamen videri intelligentiores Caluinisequas, prorsus  
Atheos esse, & cum Godefrido à Valle Parisijs exusto  
an. Christi 1572. potius credere nullum, qua vllū talens  
esse Deum. 4. Nō referre, si quidē nullus sit Deus, quem  
Dei cultum & religionem profiteari; si iurat a lingua

mentem iniurat am geras; Si cum Bucero ex Zwinglianofias Lutheranus; ex Lutherão Semicatholicus; ex Semicatholico Sacramentarius; ex Sacramentario Iudeus obduratus. Si cum Adamo Neusero Heidelbergensi olim Pastore, cum Alamanno, Blandrata, Statorio, Socino, Lismanno alijsq; primis per Sarmatiam Calviniani Euangelijs Apostolis transfugias ad Turcismum, cui nullus Deus est, illi omnis religio perinde est: nisi quod Mahometismus ed sit Calvinistis gravior; quo & fœdarum carnis voluptatum maior est approbator & doctrinæ Sacramentariorum consonantior.

## CAPVT XX.

## De Corollarij.

**A**D hæc corollaria ex præcedéntibus penitentia, seq; consequentia secundum reæ rationis discursum, raptus extra se lymphatoq; similis, debacchatur atrociter in aduersarium prædicans. Exclamat ad primum. *Increpet te Dominus Sathan. Quare? quia quadruplicis hoc est mendacium planè diabolicum, & abominanda in Deum Calvinisticum blasphemia.* Planè Dominus increpet te nouitium populi seductorem & Ecclesiæ Sathanam, qui infinites iam nūc impudentissimorum mendaciorum redargutus, adeo adhuc bardus & brutus es, ut non palpes totum primum articulum ex præmissis verbotenus consequi. Frustra furis aduersus conclusionem, vbi præmissæ ante sunt positæ.

Ad